



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

1963. Heirathscontract zwischen dem Könige Kasimir von Polen und dem
Kurfürsten Albrecht über die Vermählung des Markgrafen Friedrich mit der
Prinzessin Sophia von Polen, vom 15. October 1475.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56633)

1963. Heirathscontract zwischen dem Könige Kasimir von Polen und dem Kurfürsten Albrecht über die Vermählung des Markgrafen Friedrich mit der Prinzessin Sophia von Polen, vom 15. October 1475.

Kazimirus, dei gratia Rex polonie, magnus dux lithwanie, Ruffie, prussieque dominus et heres etc. Albertus eadem gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archicamerarius Princeps et Elector, Stettinensis, pomeranie, Slauorum et Cassuborum dux, Burggravius Nurnbergensis ac Rugie princeps, Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Quoniam volentes pro laude omnipotentis dei amicitie amorisque vinculum inter nos antecessoresque nostros diuine tentum et seruatum amplius firmitusque conseruare et roborare, matrimonium inter Illustrissimam principem et virginem Zophiam nostri Regis prefati filiam et Illustrissimum principem dominum fridericum marchionem Brandenburgensem et nostri Alberti marchionis filium et sub articulis inferius descriptis conclusimus. In primis quod videlicet Serenissima princeps et virgo Sophia, nostri Regis filia, et preclarissimus princeps dominus Fridericus Marchio, nostri Alberti marchionis filius mutuo et pariter matrimonium in forma et facie Ecclesie contrahent et Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono pro dominica festum purificationis sancte marie proxime sequenti sepe dicta princeps et virgo Sophia nostri Regis filia in vestituris et clenodij Regalibus iuxta statum ipsius ornata prefato domino friderico, nostri Alberti marchionis filio, ibi personaliter in poznaniam presenti in Castro nostro poznanienze presentetur ac eodem die iuxta ritum Ecclesie per sollempnitates nupciales et thori coniunctionem ipsum matrimonium prout decet principes expensis nostris Regijs ibidem consumetur. Item quod nos Rex prefatus predicto Illustrissimo principi marchioni friderico, nostri Alberti Marchionis filio triginta duo milia florenorum hungaricorum boni auri et ponderis ratione dotis cum prefata filia nostra pro annis et temporibus infra scriptis dare exsoluere ac reponere tenebimur et debemus ac in verbo nostro Regio addicimus et promittimus harum vigore literarum, Ita tamen quod solucio prefatorum florenorum in quinque annis proximis et immediate se sequentibus post copule et nupciarum per ipsos filiam et filium nostros consumacionem absque prorogacione et impedimento per nos Regem aut quod deus auertat, si medio moreremur, per nostros heredes, qui ex tunc in vita essent, fieri debent et nominatim quolibet anno sex milia florenorum pro quinto vero anno et vltima rata octo milia usque ad explecionem et solucionem prenominate summe triginta duorum milium florenorum dare in Castro nostro Mezeritz pro festo Natiuitatis cristi nostris expensis dampnis ac periculis presentare nunciis domini friderici prefati, quibus eciam nos Rex prefatus debemus tenebimurque dare saluum conductum vsque ad Regni nostri polonie metas et Marchionatus confinia Ipsique nuntij prefati tenebuntur Quitancias sub sigillo domini prefati friderici marchionis dare ipsis nostri Regis Nuncijs de et super Summa per ipsos recepta: pro vltima vero rata, pro qua per nos Regem octo milia solui debent, tenebimur nos Albertus et Fridericus, Marchiones prefati, vnam Quitanciam solucionis omnium summarum videlicet triginta duorum milium florenorum dotis continentem ibidem In mezeriez in manibus nostri Regis Nuntiorum, qui ipsam vltime rate

solucionem facient, dare et reponere sub nostris Sigillis. Nos quoque Albertus marchio
 prefatus In recompensam dotis prefato principi domino friderico Marchioni Brande-
 burgenfi filio nostro totas Terras, dominia, Caltra, Ciuitates, opida, villas et possessiones,
 quorum nomina volumus hic habere pro expressis, de quibus Triginta milia florenorum hun-
 garicalium annui census singulis annis valeant prouenire cum omnibus et singulis ipforum
 omagijs, omagialibus, feodalibus, vafallis, seruijs, terrigenis, nobilibus et Incolis nec non ju-
 ribus et iurisdictionibus, proprietatibus, subiectionibus, dominijs meris et mixtis, cum censibus,
 Theoloneis, dacijs, prouentibus, obuencionibus, attinencijs ac pertinencijs vniuersis in sortem
 suam et hereditatem per ipsum perpetue hereditarie et absque quouis impedimento pacifice
 et quiete regendas, tenendas, seruandas, possidendas et obtinendas debemus tenemurque de-
 monstrare, dare, inscribere et assignare. Item in recompensam dotis prefatorum triginta duo-
 rum milium florenorum Nos Albertus et Fridericus Marchiones prefati dotamus et
 donamus alia triginta duo milia florenorum hungaricalium boni auri veri et iusti ponderis
 ratione dotalicij, Quam quidem dotem et dotalicium videlicet Sexaginta quatuor milium floren-
 norum vngaricalium prefate Serenissime virgini Sophie, nostri Regis filie, in et super Ter-
 ritorijs, dominijs, Caltris, Ciuitatibus, opidis videlicet Beyrrewth, Crewfen, Berneck,
 Cz wernitz et Wungezels ac villis possessionibusque ad eadem Caltra, Ciuitates et opida
 spectancia ac eorum pertinencia proprietatibus omnibus et singulis Theoloneis, dacijs, Gra-
 narijs, Nemoribus, Judicijs et cum omnibus Redditibus, Censibus, vsibus, penis, omagialibus,
 feodis, piscarijs, forestis, Siluis, venacionibus, Aquis, Jure patronatus et Collacionibus digni-
 tatum tam Secularium quam Spiritualium Beneficiorumque Ecclesiasticorum cum cura vel
 sine cura et alijs attinencijs vniuersis nullis exceptis ostendimus, consignamus, deputamus et
 appropriamus harum vigore litterarum, Sic tamen quod semper a quindecim florenis hungari-
 calibus dotis dotalicij prefatorum et ratione nupciarum donacionis, que morgengab vulgariter
 nuncupatur, supra et infra descriptis et describendis vnum florenum vngaricalem in censibus
 annuis singulis annis habeat et habere possit: in quantum autem Caltra Ciuitates et alia supra-
 scripta minus in annuis censibus haberent, quam de Sexaginta quatuor milibus florenorum
 hungaricalium et summa ratione Nupciarum vulgariter morgengab prefata adhuc per nos
 Albertum et fridericum marchiones alijs nostris literis inscribenda iuxta taxam pre-
 fatam prouenire possent, Ex tunc nos Albertus et Fridericus prefati debemus, tenemur
 et obligamur alia bona nostra et possessiones, de quibus summa taxe prefate exigi, prout pre-
 nullum est, possit plene consumate integre et perfecte, ostendere, dare et assignare inscribique
 prefate Serenissime principi virgini Sophie, nostri Regis filie. Et nos kazimirus Rex pre-
 fatus poterimus et valebimus ad prefata Caltra, Ciuitates et opida Terras possessiones et
 dominia ac bona oratores ac nuntios nostros dirigere et transmittere, prout nobis placuerit
 et visum fuerit expedire, deinde que omnes Capitanei, Burggrauij, officiales et subditi dictorum
 Castrorum, terrarum, Ciuitatum, opidorum et dominiorum sicut prefertur, Serenissime principi
 prefate virgini Sophie nostri Regis Nate pro vidualicio seu dotalicio deputatorum, depu-
 tandorum et assignatorum et assignandorum inscriptorum et inscribendorum, qui nunc sunt aut
 in futurum succedent, Serenissime principi predictae Sophie aut suis procuratoribus tocienis

quotiens fuerit necessarium et oportum, omnia prestare et fidelitatis iuramenta ipsam aut ipsius Successores in prefata dote et dotalicio ac donacione propter nuptias ac vitalicio cum ad eam vel eos legitima successione deuoluta fuerint manutene et defendere contra omnes et singulos, qui eam aut eos in hijs impedire niteretur. Item si nostri Alberti marchionis filius fridericus ante nostri Regis filiam prefati, postquam simul matrimonialiter condormierint, moreretur, ex tunc debet prefata nostri Regis filia pronominata Castra Ciuitates et dominia cum preactis eorum attinencijs et terminis et supplecione residuorum censuum recipere, possidere ac uti frui absque tamen alienacione tanto tempore quo in vita est. Et cum etiam moreretur, quod deus diu auferat, debent nostri Regis filie et nostri marchionis filij dos dotalicium et donacio propter nuptias apud ipsorum amborum liberos ex corporibus eorum venientes et quos ex gratia dei acquirunt permanere. Si vero nostri Regis filia fridericum marchionem premoreretur et fridericus Marchio ipsam superuueret et non haberent liberos ex corporibus eorum venientes, Ex tunc debent illa triginta duo milia florenorum hungaricalium, nostre Regis filie dos, redire ad nos kazimirum Regem aut Successores nostros in Regno nostro Polonie. Solucioque prefatorum triginta duorum milium florenorum in tot annis esse debet, in quod solucio dotis facta est videlicet in quinque annis incipientibus mox et statim post mortis ipsius principis Regis Sophie filie nostri Regis kazimiri a festo Natiuitatis cristi proximo futuro per quinque annos continuo se sequentibus quolibet anno per Sex milia florenorum vngaricalium vltimoque anno octo milia in loco vbi et dos soluta et recepta est, vsque ad prefate triginta duorum milium florenorum summe solucionem. Et si nostri Regis filia Marchionem fridericum, nostri Alberti Marchionis filium, superuueret siue cum liberis aut absque liberis ex eorum corporibus venientibus et quod nostri Regis filia ad secundas Nuptias conuolaret Aliumque conthoralem superduceret, habent heredes friderici marchionis quolibet anno ad vnumquemque diem purificationis beate Marie virginis aut quatuordecim diebus ante vel post quocunque anno vellent bonum Jus facultatem et potestatem eadem Castra Ciuitates et dominia a nostri Regis filia prenominata pro predicta summa Sexaginta quatuor milium florenorum hungaricalium donacionisque nuptiarum siende redimere et liberare simul et semel in toto et non in parte, Et quocunque anno ita redempcionem et liberacionem facere vellent, quod eorum literis pro festo sancti michaelis aut octo diebus ante vel post eis significant et per patentes suas literas denuntient. Et postea ad proximum diem purificationis sancte Marie virginis aut quatuordecim diebus ante vel post in prescripta forma ab ea liberare, Cui exempcionem et liberacionem Regis nostri filia aduersari non debet, Ita tamen, quod ex tunc illa summa triginta duorum milium florenorum hungaricalium, qui sunt dotalicium et qui esse debent donacio propter nuptias alias morgengab in Marchionatu Brandenburgensi aut Burggrauatu Nurembergenfi super Castris dominijs et Ciuitatibus Censibus possessionibus et bonis de scitu et voluntate heredum friderici Marchionis aut Successoris eius ponantur. Et si empcio bonorum pro prefatis summis sic ad prefatum dominum Marchionem spectans in marchionatu Brandeburgenfi vel Burggrauatu Nurembergeufi fieri non poterit, Ex tunc Summarum prefatarum reposicio fit de eorum scitu et voluntate ad fideles manus donec vt supra fertur empcio aut supraposicio

facta fuerit aut donec prefata nostri Regis filia Heredes marchionis friderici sufficienter contentos reddiderit ydonea prestita cautione, Ita vt preacti Heredes Marchionis friderici supranominatas summas dotalicij et donacionis propter nupcias alias morgengab querere sciant et consequi post mortem nostri Regis filie prenominatae possint. Qua cautione facta et certificatione poterit prefatis summis dotalicij et donacionis propter nupcias pro suo vti ac committere beneplacito. Et si nostri filia Regis superviueret fridericum Marchionem prefatum, quod in diuina stat voluntate, vltra omnia singula predicta ipsa nostri Regis filia debet consequi omnia parafernalia, vestimenta et alia, que pro eius spectant corpore Clenodia eciam et omnia vasa et vtenilia mense, aurea vel argentea dicte nostri Regis filie per nos Regem patrem et fridericum maritum eius sibi data aut alias quocunq; modo per quascunq; personas donata aut per se ipsam pro suo vsu et honestate conquisita et comparata eciam omnia lectisternia et lecti, in quibus ipsa cum friderico Marchioni conthorali suo dormire consueuit ac alias ad ipsius principis et serenissime domine Sophie Cameram et Curiam spectant, que ad amborum vsu pertinerunt et in hijs et supra pro ea designatis et descriptis debet esse contenta et ab alijs diuisa et separata, Nec aliquid Jus ad alia quecunq; obtinere. Sin aut marchio fridericus nostri Regis filie Clenodia, vasa aurea vel argentea, vestes aut alias res parafernalia, que a nobis Rege aut a Serenissima principe domina Elizabeth Regina polonie coniuge nostra carissima aut alias quomodocunq; ei venerint pro vsu suo non nisi graui incumbente necessitate habere aut distrahere vellet, Illa prius antequam de manibus eius recipiantur taxari per taxatores vtriusque partis debent, Et ei iuxta decenciam per heredes nostri marchionis Alberti aut Friderici Marchionis solui debent, quorum Clenodiorum et rerum superius descriptarum prefati nostri Regis filie, sicut premissum est, datarum adquisitionum aut donatarum restitucio aut solucio, si quod absit premoreretur, prole non relicta, nobis Regi aut Successoribus nostris in regno Polonie, esse debent mox et statim post mortem quod absit prefate nostri Regis filie in vno anni quartali in Castro nostro Mezeritz et in manibus nuntiorum nostrorum plenarie et ex toto. Id eciam quod nostri Regis filie marchio fridericus prefatus tanquam conthorali sue cum ei condormierit, iuxta suam voluntatem et honestatem pro donacione ratione Nupciarum alias morgengab donauerit et assignauerit, eadem Summa debet ei cum superius nominatis summis dote et dotalicio seu vitalicio consignari et inscribi et quantum ei pro Summa illa iuxta prenominata Summe taxam in annuis redditibus deberet prouenire, Illud eciam consequi cum ille euenerit, mortis videlicet friderici prefati marchionis euentus, vna cum dote et dotalicio seu vitalicio debet et annuos ab eadem dacione alias morgengab tollere et accipere census, qui prefate nostri Regis filie per nos Albertum et fridericum marchiones prefatos nostris patentibus literis et apud nos Regem polonie aut Successores nostros, aut Successores nostros in Regno prefato mox nupcijs consumatis in poznaniam reponendis assignari et inscribi vt et iste dotis et dotalicij litere inscripte sunt et roborate. Circa vero redempcionem de manibus eius si casu premissio contingeret, Id eciam de donacione ratione nupciarum alias morgengab intelligi debet sicut de summis dotis et dotalicij superscriptum est. Tandem si tamen vnus ipsorum coniugum prefatorum ante celebracionem nupciarum et consumacionem matrimonii ab hac luce

migraret, quod deus auertat, Ex tunc omnia et singula premissa nullius debent esse roboris vel momenti et vna pars alteri vigore prefatorum articulorum et tractatum in nullo debet esse obligata. In cuius rei euidentis testimonium sunt litere due in equali forma facte et nostro vniuscuiusque sigillo appenso sigillate. Et nos fridericus, dei gracia marchio Brandenburgensis et Burggrauus Nurenbergensis etc. presentium tenore recognoscimus et profite-mur, Quod omnia supratacta per Serenissimum principem et dominum, dominum kazimirum, dei gratia Regem polonie et dominum et principem nostrum carissimum et Illustrissimum principem dominum Albertum Marchionem Brandenburgensem, Sacri Romani Imperij Archicamerarium principem et Electorem et genitorem nostrum carissimum de nostro scitu ac bona voluntate facta et conclusa. Promittimus omnia et singula premissa et presertim contractum Sponsalium nos concernentem rata et firma habere fideliterque profecucionem facere, Nec quomodo per se reuocare aut iubere, ut contrafiat, omnia tenere et obseruare absque dolo. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum vna cum prefatorum dominorum kazimiri Regis Polonie Et Alberti Marchionis huic appendimus litere, que data est per manus venerabilis Stanislai de Curozwanky, Cracouiensis, Wladislaiensis, kelczensis Ecclesiarum Canonici et Regie maiestatis supremi Secretarij. Actum et datum Poznanie, dominico proximo ante festum sancte hedwigis, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, Ac per manus reuerendissimi patris domini friderici Episcopi lubucensis Nunc presentis et in premissa re cum alijs nostrorum Marchionum oratoribus Principalioris Oratoris, sigillis nostris Alberti et friderici Marchionum prefata litera est firmata et sigillata.

Nach dem Formärk. Lehnscopialbuche VI, fol. 10.

1964. Notiz über die Beleihung des Grafen Gebhart von Mansfeld, vom 4. Febr. 1476.

Zu wissen, das Graue Gebhart vonn Manszfelt vff hewt datum disen zcedell, als der elst von mansfeld, die lehen, so sie von der Mark zu Brandenburg haben, von meinem gnedigen herrn Marggraue Johanfen etc. empfangen hat vnde jst jm von seiner bethe wegen zu erkundigung der lehen, was der sein, fridt geben bis upp pfingsten nechst, die bynnen der selben zceyt hir her jn die Cantzlei jn einen zcettel verzeichent zu schicken, vnde der briue geben vnde nehmen, wie danne die lehenspflicht jnnen heldet, so er gethan hatt, wie hir nachfolget: Ich Swer dem jrleuchten, hochgeborenen fursten vnd herrn, herra Albrechten, Marggrauen zu Brandemburg, kurfursten etc. meinem gnedigen herrn zuuorn aufz vnde seiner gnaden menlichen leibs lehens erben von lehens wegen getrew gehorsam vnde gewertig zu sein, jren frömen zu werben vnde schaden zu wenden, auch die lehen zu uerdynen vnde die lehen nynders anders zu berechten, denne vor seinen gnaden vnd seiner gnaden mannen, vnde ob jch icht verfwygener lehen wuste oder hirnachmals